

erit enim tunc cecus ubi ipse cum lacrimis rogare eum dicens. Pone manum tuam super oculos meos ut videam faciem tuam. Tunc beatus Laurentius lacrimis oculos distillans dixit. Domine ihesu christe qui aperuisti oculos cecis nati. ipse te illuminet. & facto signo christi super oculos eius. in ipsa hora aperuit & uisit lumen & beatus Laurentius sicut petrus.

Tunc exiens inde. audiuit quod in uico patricii multi christiani essent incripta nepotiana. & ueniens beatissimus Laurentius. detulit secum ea que necessaria erant seculis. & inuenit ibi fere sexaginta tres personarum sexus. Et introiit cum lacrimis ad eos & dedit pacem omnibus. Inuenit ibi presbiterum nomine iustinum. qui fuerat ordinatus ab beato sicut & misit se ad pedes eius. & cepit ambo se in paucis uoluntate ut inuice se pedes oscularent. Dixit autem beatus Laurentius ad beatissimum iustinum. Comple uotum meum. ut lauent pedes suos & circumponat manus meas. iustinus presbiter dixit. hoc dominici preceptum est. fiat uoluntas domini nostri ihesu christi. & posita pelue misit aquam & lauit omnium uirorum pedes. Veniens autem ad beatum iustinum cepit osculari pedes eius & lauare. & ubi lauit omnium pedes. commendauit se beato iustino & eadem hora exiens inde. & ecce beatus christus ducebat inter ludeos ut audiret. & cum eo duo diaconi felicissimus & agapitus. & saluatore

